



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



11.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA  
DE  
**CONJUNGENDO CUM**  
**STUDIO JURIS**  
**S. THEOLOGIÆ STUDIO.**

---

QUAM  
**P R A E S I D E**  
VIRO ILLUSTRI ATQUE EXCELLENTISSIMO  
D O M I N O  
**GODOFREDO DANIELE**  
**HOFFMANNO,**

IL. ATQUE U. J. D. SACRI CÆS. PAL. COMITE, SEREN.  
WURTEMB. DUCIS CONSILIARIO, JURIS PUBLICI  
ATQUE FEUDALIS PROFESSORE PUBL. ORD.  
rel.

PATRONO ET PRÆCEPTORE SUO  
SUMME DEVENERANDO

**P R O L I C E N T I A**  
JMMOS IN UTROQUE JURE HONORES RITE CAPESSENDI

*Die XXI. Martii MDCCCLXIII.*

H. L. Q. C.

**[P U B L I C E D E F E N D E T]**

**A U C T O R**

**JOHANNES CONRADUS WALther , Erligheimenfis.**  
Supremi Dicast. Wurt. Advocatus.

---

**T U B I N G A E T Y P I S B A U H O F I I & V i d , F R A N C K I I .**





S. L.

§. I.



Editanti mihi de edendo aliquo studiorum meorum qualiumcunque specimine, varia in mentem venerunt argumenta. Selegi tandem, suadente *Illustri Domino PRÆSIDE*, cujus consiliis insigni cum fructu semper me usum fuisse, grato anno publice profiteor, e nonnullis, Ei propositis, hoc, quod Titulus innuit, de *conjugendo cum studio Juris S. Theologie studio*; rem, ut putem, non nullius momenti. Quo citius utilitas hujus argumenti unicuique, rem serio ponderanti, in oculos incurrat necesse est, eo minus temeritatis accusari me posse arbitror. Agnosco vires meas exiguae, quæ ad plenam & satis dignam rei tractationem plane non pertingunt; & nisi spes æquioris judicii supereffe visa mihi fuisset, deterrei ab instituto facilime potuisset. Sed quis nescit, in re ancipi etiam tironibus aliquid audendi potestatem esse. Datur forte per hanc opellam altis occasio, in rem ulterius inquirendi, ut deinceps etiam publicum magorem inde utilitatem capere possit.

§. 2.



### §. 2.

Intelligitur hic per studium *S. Theologie* non tantum cognitio quzdam catechetica primiorum fidei nostræ articulorum, sed plenior & uberior scientia earum, quas Sacra Scriptura nobis exhibet, veritatum. Cum autem vocabulum *Juris* significatus valde ambigui sit, in genere saltim innuitur, quod sub illo complexum legum divinarum humanarumque, quotquot nimis hodie in Foro aliquem usum habent, intelligi velim.

### §. 3.

Sequitur inde, magni momenti & insignis utilitatis, imo necessariam plane esse utriusque hujus studii conjunctionem,

### §. 4.

Sedulum *S. Scripturæ* scrutinium *omnibus in genere hominibus*, cujuscunque vel ordinis vel dignitatis, vel sexus vel ætatis sint, summe necessarium esse, patet partim ex ipso, quo Deus lectionem illius graviter inculcat, *mandato*; v. g. *¶ Mof. VI, 6. sq. Cap. XI, 48. sq. Col. III, 16. Psal. I. & Psal. CXIX, tot. Jof. I, 8. Joh. V, 39. 1 Tim. IV, 13. Matth. XXIV, 15. Apoc. I, 3.* partim ex insigne, qua se ipsa commendat, *præstantia*; Veritates enim adeo suaves, salubres & sublimes proponit, ut quisque veritatis & salutis suæ studiosus ad attentantem illius lectionem sponte invitetur. *In specie* autem etiam *Jure-Consultis* atque omnibus, qui Reipublicæ cum fructu præesse volunt, haud perfuntorie legendas esse Sacras hasce Pandectas, facile pervidebit, qui & oraculorum divinorum, in quibus id ipsis injungitur, gravitatem, & exemplorum, quibus idem partim ex ipsa *S. Scriptura*, partim aliunde, insigniter illustratur, frequentiam, & rei ipsius naturam, curatius consideraverit.

### §. 5.

Quam necessaria res fit, ut, qui circa administrationem Reipublicæ versantur, lectionem *S. Scripturæ*, eamque non per-

\* \* \*

perfunctóriam, sed studio Juris accommodatam, sibi habéant commendatissimam, uti ex variis passim locis, v. g. a) Jos. I, 8. b) 1. Reg. II, 3. c) Et. XLIX, 28. d) 1. Reg. III, 9. e) Jos. VIII, 33. seqq. f) Jos. XXIII, 2. 6. g) Neh. IX, 34. 2 Chron. XIX, 6. 7. 8. Act. IV, 19. c. V, 29. queis multa alia tam è V. quam è N. T. possent jungi; ita in primis ex b) Deut. XVII, 8. seqq. 18. patet. Potest hoc multis quoque exemplis,

- a) Sapientiam in regendis populis & dexteritatem feliciter Rerpublicam administrandi, non nisi per assiduam S. Literarum meditationem obtineri, ex dicto hoc evidentissime patet. Cur enim injungitur Iosuæ diurna & nocturna legis meditatio? Ratio extat in Textu, ut prudenter agas & felici regiminis successu gaudens.
- b) Idem hic Rex Davides filio successor Salomonis inculcat ad eundem finem obtainendum.
- c) Hoc loco nutritii ecclesiæ appellantur Principes: & quidem non eo saltem sensu, ut à Principiis ecclesiæ earumque ministris prefetur, unde vivant; sed eo maxime fine, ut doctrina serverus pura, salubris & non aliunde, quam ex ipsa S. Scriptura, hauriatur. Quomodo autem principes sic nutrient ecclesiæ: quo modo ii, quibus à Principiis demandata est cura Reipublicæ, rite circa eas versabuntur, nisi penitiori S. Theologiz cognitione? conferti hoc meretur Magnis Universitatis nostræ h. t. Rectoris S. Rev. D. FABRI, Disp. de Principe Christiano-Ecclesiæ nutritio Tub. 1754. ed. §. 12. ss.
- d) Haud felicem successum regiminis sui sperare potest Salomo, nisi ipse Dominus illi largiatur cor obediens & sapientiam.
- e) Hic non sine emphasi roti Israëli expresse adduntur Judices & Praefecti.
- f) Iterum distincte alloquitur Moses seniores Israëlis, ne in regendo populo recessant ab eo, quod scriptum est in lege Mosis.
- g) Leviticus coram Domino facientur, peccasse Reges, Principes, Sacerdotes & Patres, quod legem & testimonia ipsius neglexerint.
- h) Attentione digna ad h. l. suppeditat nobis b. WILHELMUS SCHICK-HARDUS, Hebr. Ling. in Acad. nostra Tubingensi quondam Professor in Jure regio Hebreorum Edit. Lips. p. 82. Theor. V. Rex bona legis exemplaria scribere tembatur. Diserte hoc praecipuum Dens. XVII. 18. Et si, cum sacerdot super thronum regni sui, ut scribat sibi duplum legis hujus ē libro, qui coram sacerdotibus Levitis: eum habeat secundum legatumque cunctis diebus vita sua, ut discat timore Deum, sufficiat legem ex equi statua. &c.

XXX



*exemplis & ex ipsa S. Scriptura & aliunde petitis satis illustrari. Sufficiant ex S. Scriptura ea, quæ jam dedimus in notis v. g. Josuæ, Davidis, Salomonis, quibus addimus Josic (1 Reg. XXIII, 1. sqq.). Singulare Exemplum in N. T. est Theophilus, cui Lucas c. I, 3. nomen xpc̄ris impertit, eique Evangelium*

*Ita explicant hunc locum multi & Judæi & Christiani Interpretes; dantur quoque ex utraque parte tales, qui per duplum legis non totum Pentateuchum, sed Deuteronomium tantum intelligi volunt. Putant alii, propria manu regem illam debuisse scribere; alii autem hoc nondum sequi volunt, quamvis dicatur: ut scribat. Fide autem dignior est prius sententia ob locum, quem reperimus in Authore probato, Philone Judæo, cuius è greco in latinum translata verba ita sonant:*

*" Mox post acceptam potestatem jubetur Rex Deuteronomium, id est, legum compendium, describere manu propria, quo magis ea præcepta inhærent animo. Nam iegentibus elabuntur tentatio, quod lectio moras non patitur, qui autem scribit per otium, imprimit & insigit menti singula fideliter, non in transcurso animadversa, sed cunctanter, non prius cogitatione transeunte ad sequentia, quam bene penitatis, quæ præcesserunt.*

*" & paulò post paucis interpositis,*  
*" Id ita fieri, & Princeps evolvet à se, non ab aliis scriptos commentarioz.*  
*" Nam libentius quodammodo agnoscet propria, sic secum cogitans:*  
*" Ego tantus princeps scripsi hæc nullius ulvi opera, cum tot subdicos*  
*" habeam, fortasse, ut librum explorarem literis, velut scribz mercenarii?* Aut oculorum acumen exercerem & celeritatem manuum,  
ut notarii? Neququam; sed ut inter transcribendum in animam  
imprimerem, & menti divinos characteres inscriberem, nunquam  
elutibiles. Ergo cum alii Reges sceptro utantur pro gestamine, mihi  
pro sceptro erit hoc legum compendium; hoc insigni gloriabor, hoc  
me invictum reddet & inculpabilem, summine Regis imitatorem.

### Theor. VI.

*Et alterum semper secum ferre, ut indesinenter legeret.*

Conf. B. DANHAUER part. 3. Laß. Cat. p. 165. *Wozu meynen wir wohl, daß der König in Israel eben mit seinem eigenen Hand das Gesetz Moses abschreiben müßte? als darum, daß er nicht nur durch solches widerholte Schreiben das Gesetz ins Gedächtniß brachte, sondern daß er auch ob denselben hielt in allen seinen Handlungen, sonderlich den Gottesdienst betreffend, sich nach derselben anstrengte, und also dasselbe für sein Corpus Juris hielt.*



gelium suum dedicat. Conf. B. D. BENGEL in Groni. ad h. I.  
coll. Harm. Evang. §. i. n. i. Prostant quoque multa hodier-  
norum Jure-Consultorum exempla, qui præstantiam S. Scri-  
pturæ gustantes hanc sedulo legerunt, atque Veritates illius di-  
vinas rimati sunt, & sic studium Theologiae cum studio Juris  
conjunxerunt, ut deinceps etiam in alios ex scriptis, doctrinis,  
& monitis eorum usus haud exiguis redundare potuerit. Al-  
legabimus ex eis nonnullos. Pertinet huc JOH. REICHLIN,  
vulgo CAPNIO, JAC. JONAS, MICHAEL BERINGER,  
qui omnes J. U. Doctores simul officio Prof. Linguæ Hebr.,  
in nostra Academia functi sunt. i) D. AMBROSIUS LOB-  
WASSER. k) AHASV. FRITSCH, a quo varia insignia  
scripta edita sunt. b. D. D. FERD. CHRIST. HARPPRECHT,  
Ictus quondam in nostra Academia. Hic S. Scripturam sèpissi-  
me legit, & singulis paginis notas proprias adjecit. De b:  
STURMIO, Consil. Regim. Sereniss. Ducis Wurt. certo  
constat, eum tanto ardore Theologia inflammatum fuisse,  
ut, dum a Dn. DEC. ESENWEINIO prima Linguæ  
Ebræicæ Elementa tenuiter apprehenderit, ipse tandem pro-  
prio Marte inaudito conatu adeo se exercuerit, ut anno  
Mense Lingua Orientales, Copticam, Æthiopicam,  
fami-

- i) Recenset illos & alios b. D. JOH. CHRIST. KLEMM in serie  
Profess. Linguæ Hebr. in Academia Tubing. apud JO. JACOBUM.  
MOSER, in seinem erläuterten Würtemberg. I. Lb. n. 17. p. 119.  
sqq. qui etiam in alleg. Libro c. P. I. n. XVIII. vitam exhibet des  
Michael Beringer, J. U. D. und Hebr. Linguæ Prof. in Lüdingen  
à Successore Wilhelmo Schickardo-descriptam. Tub. 1627.
- k) Vitam ejus recenset MOSER in seinen Schwäbischen Merkwür-  
digkeiten, I. Lb. p. 172. sqq. Von diesem Bodwasser sage auch  
DAN. HEINR. ARNOLD in seiner ausführlichen, und mit Ur-  
kunden versehenen Historie der Königstetigischen Universität z Lb.  
c. XV. p. 240. Et hat bekanntermaßen die Psalmen Daniels aus  
dem Französischen in Deutsche Meinen vergeßt gebracht, daß er  
eden so viel Zeilen und Stollen behalten, als die Französische Ge-  
sänge gehabt, damit sie nach denselben Melodien gesangen werden  
könten, von welcher Uterschung, so in sämtlichen deutsch Reho-  
mireten Kirchen eingeführt ist. ic.



familiares sibi reddiderit. Nota sunt porro insignia circa S. veritatem merita HUGONIS GROTHI, cuius vitam succincte narrat Jo. Jac. Schudt. Frf. 1722. VITI LUCOV. a SECKENDORF, cuius vitam edidit Dav. Godofr. Schreber, Lips. 1734. CASP. ZIEGLERI, de quo videantur die *Hällische Beyträge zu der Juristischen gelehrten Historie*. P. III. p. 483. sq. Nota sunt BRUNNEMANNI, STRYCKII, BOEHMERI & in hac parte merita. Plures evolvi possunt in GOTTL. FRID. GUDII Vita Joh. Wilh. Hoffmanni, ei-que præmissa commentary de JCtorum & Politicorum in Scripturam S. meritis critico - exegeticis. Lips. 1742. & in THEOD. EBERTI Elogiis centum JCtorum, qui Ebraeam Lingua & alias orientales auxerunt. Lips. 1628. Pertinent huc varii, qui simile fere, cum nostro, Thema tractarunt: CORNEL. SIEBENII, Oratio de conjungendo studio Græce Lingue cum Jurisprudentia. Amstelod. 1730. JAC. SCHALLER Diss. Philosophica de Origine Juris ex Imagine Dei, ac lumine honestorum & turpium post illam relicto. Arg. 1668. ERN. JO. FRID. MANZEL Meditationes Juris ad Pandectas Sacras P. II. Rost. 1730. ANDR. SIGISM. SCHWARZ, Oratio de de JCtis S. Scripturam licite interpretantibus 1722. 4. JOH. HENR. à SEELEN. JCtorum, qui Lutherismo insigniter profuerunt Tetras, Lubec. 1730. JO. PHIL. SCHMIDIUS, Juristen gute Christen, sive Schediasma historico-literariorum de pietate & scriptis Theologicis JCtorum. Rost. 1730. Ita evolvi possunt in G. C. PREGIZERI præfatione ad D. Ahasveri Fritschii *wahren Herzens-Christen* ed. 1716. plura Exempla JCtorum, qui libros Theologicos scripserunt. Pertinet huc RUD. HEINR. ZIEGLERI Diss. de JCtis bonis Christianis Erf. 1711. J. G. PERTSCH, Diss. de Scientiis à JCto in primis germano addiscendis. Helmst. 1745. TRAUGOTT IMMAN. JERICHOVII de JCtis Theologis Epistola. Lips. 1721. JOH. PHIL. SCHMIDIUS Commentatio de pietate & Scriptis Theologicis JCtorum. Rost. 1730. HENR. ENGELB. SCHWARZII Commentatio de pietate & meritis JCtorum in Ecclesiam. Lips. 1739. SIM. PETR. GASSER Progr. de arduo veri ac reli-

religiosi JCti officio. Hal. 1719. CASP. ACHAT. BECKII  
 Diss. de Jurisprudentia per emendationem Religionis emen-  
 data Jena 1717. GEORG HENR. AYRER Progr. de Juris-  
 prudentia fionnisi abutentium vitio vitiosa. Goett. 1751. ERN.  
 JOH. FRID. MANZEL de Jurisprudentia salutis civium æter-  
 næ rationem habente. Rost. 1725. JO. HENR. MYLII Progr.  
 de Jurisprudentiæ cum Theologia & Philosophia Conjunctione.  
 Lips. 1715. HENR. ERN. KÆSTNER. Dissert. de Nexus  
 Theologiæ & Jurisprudentiæ. Rint. 1719. FRID. FRIES, Progr.  
 de JCtis, quibus inter primos Religionis divinique cultus  
 Reformatio curæ cordique fuit. Lips. 1730. JOH. ERN.  
 FLOÈRCKEN. Histor. Nachricht von denen Kirchen-Scri-  
 benth. so Christen gewesen. Jena 1726. HENR. WOLFG.  
 FRATSCHNER Progr. de necessitate & utilitate lect. onis  
 Script. S. in fontibus. Erf. 1738. JO. GOTTL. REINECCHI  
 Progr. de JCtis, Reformationi-Ecclesiæ præludentibus. Frfr.  
 1730. in opusc. p. 736-742. JOH. HARTW. REUTER de  
 Jure - Cto Theologos imitante. JOACHIMUS HOPPERUS  
 Libr. XII. de vera Jurisprudentia. Brunsw. 1656. Tacemus  
 alios multos. Dices autem forsan, Lector benevole: quid  
 opus est tanta Exemplorum & Auctorum farragine: Exempla  
 quidem illustrant, sed non probant? Respondemus paucis:  
 Non probationis causa attulimus, sed tantum, partim ad illu-  
 strandum, quod tractandum nobis proposuimus, Thema,  
 partim ad averruncandam à nobis animi novat urientis suspicio-  
 nem. Interim cum Exempla quoque è S. Scriptura præmis-  
 mos, id omnino probe observandum, quod is sit S. Scripturæ  
 mos, ut per Exempla non modo illustret, sed & probet & præ-  
 cipiat. Sed descendemus jam ad magis specialiora, & arctum,  
 qui inter utrumque hoc studium intercedit, nexus ex natura  
 utriusque demonstrabimus.

### §. 6.

Liceat hic ante omnia aliiquid ex Penelone de Eloquentia  
 afferre, ubi p. 19. Socratem allegans inquit: quoniam homo  
 compositus est ex corpore & anima, cum hæc tum illud pro-  
 B ba



bē debet exerceri. Duæ dantur scientiæ ad spiritum: duæ ad corpus pertinentes. Illæ sunt scientia legum & Jurisprudentia. Ad scientiam legum refert omnia principia Philosophiæ, quibus opinione& & mores personarum singulairum, nec non tota Respublica in ordinem debet redigi; Jurisprudentiam autem vocat adminiculum, quo utimur ad deprimendam perfidiam & iniuriam civium; dirimuntur per hanc processus, puniuntur vitia. Scientia Legum itaque sic maxime debet esse comparata, ut præveniatur malo: Jurisprudentia autem, ut illud sarcitur. ----- Sed pergit, adulterata est pulcherrima hæc disciplina. Scientiæ legum substituerunt vanas subtilitates Sophistarum seu falsorum Philosophorum, qui facultate judicandi abutuntur, & quoniam defectu quodam principiorum ad salutem publicam tendentium laborant, fines suæ ipsius utilitatis sibi habent propositos. Jurisprudentiam subsecuta est superbia Oratorum, i. e. talium hominum, quibus aliis placendi eosque occœcandi studium curæ cordique fuit. In locum Jurisprudentiæ, quæ medicina animæ ejusque passionum esse deberet, assurgunt falsi Oratores, nil nisi gloriam sibi comparare meditantes. Hæc Fenelon.

### S. 7.

Patet ex his, ipsum Socratem jam perspexisse, solam Jurisprudentiam non sufficere ad tuendam veram salutem publicam: sed debere aliquid adesse, quo ea, quæ Jurisprudentia corrigeret saltim potest, evitentur, eoque ipso etiam simul justitia in Rempublicam introducatur, idque per eosdem Reipublicæ Antistites & Gubernatores. Consentit cum hac sententia quoque Cicero, quando in præf. orationis ad Sacerdotes ait: Dii vos eosdem & Religionibus Deorum & summæ Reipublicæ præesse voluerunt. Idem Cicero de leg. non à Prætoris edito, ut plerique nunc, neque à XII. tabulis, ut superiores, sed penitus ex intima philosophia hauriendam juris disciplinam putat. Inde etiam apud Ægyptios mos fuit, ut Plato Lib. de Regno scribit, ut ex Philosophorum numero Sacerdotes,

cerdotes, ex Sacerdotum cœtu Rex eligeretur, atque ita Regem absque Sacerdotio imperare non licet.

### §. 8.

Ad stabiliendum hoc multum lucis adjiciunt verba Céleberr. Abbatis CLAUDII FLEURY in *Traité du Choix & de la Méthode des Etudes* p. 204. ubi ita inquit : pour eviter tous ces Inconveniens , il faut laisser la plupart des Politiques modernes, & sur tout Machiavel , & l' Anglois Hobbes . Revenons à Platon & Aristote , dont la Politique est fondée sur des Principes solides de Morale & de Vertu . Elle a pour but , "non pas d' elever un certain homme , ou un certain genre des hommes au dessus des autres ; mais de faire vivre les hommes en société , le plus heureusement , qu' il est possible : de procurer à tous les Particuliers la sûreté , la Possession paisible de leurs biens , la santé du corps , la liberté d' esprit , la droiture du cœur , la justice . Pour donner de si grands biens à toute une Société , ces Philosophes ont cru , qu' il étoit juste , que quelquesuns eussent la peine de veiller continuellement sur elle , de pouvoir à tous ses Besoins , de la defendre des Attaques du dehors , de maintenir la tranquillité au dedans . Voila , sie je ne me trompe , les Principes de la véritable Politique . Mais pour le voir dans sa Pureté , il faut remonter plus haut que Platon & Aristote ; il faut l' apprendre de Moïse , de David , de Salomon , des Prophètes & des Apôtres , ou plutôt Dieu même , dont ils n' ont été , que les Interpretes . Ils nous diront , que tous les hommes sont frères , que le premiers états n' ont été que des grandes Familles ; que chacun doit aimer la terre , ou Dieu l' a fait naître , & la Société , où il l' a mis , qu' il est juste , qu' un particulier donne sa vie pour le salut public ; que c' est Dieu , qui a établi des hommes , pour gouverner les autres ; que la personne du Prince est sacrée ; qu' il est établi pour défendre le peuple , & lui rendre la justice ; qu' il ne peut s' acquitter de son Devoir , si Dieu ne lui donne la sagesse ; & une infinité



nité d' autres maximes semblables , dont on pourroit composer un corps entier de politique , tiré de l' écriture sainte.

### §. 9.

Percurramus itaque paucis leges divinas , Mosaicas in primis , earumque dispositiones & fines sic , ut ad jurium scientiam aliquid inde lucis diffundatur.

### §. 10.

Tempore Patriarcharum , ante & post diluvium , paucissimæ erant leges , quæ , exceptis quibusdam , v. g. de non comedendo sanguine (Gen. IX. 1. 2. 3. 4.) ex lumine conscientiæ claræ erant . Ipse Deus hoc lumen conscientiæ Caino tanquam speculum rectitudinis in faciem repercussit , dum ita eum alloquitur : Cur inhorrescis facie , & cur (sec. textum Ebr.) oculos adeo dejicis ? Si integro es animo , cur non posses etiā erectus incedere , lætitiam & hilaritatem præ te ferendo ; si vero non es animo integro , non mirum , peccatum tibi fores & fenestras præcludere , ut gestu nullo ad lætitiam possis erigi . Certe hic Deus Cainum ex intima conscientiæ constitutione reprehendit & convincit , ut certi possimus esse , leges Patriarcharum fuisse 1) notiones anticipatas Dei , sancta Divinitatis simulacra , nondum disputationibus tam ambigua facta .

### §. 11.

Non tamen negandum , cum legibus his fuisse congentias multas positivas propter longævitatem pene universales , de quibus tamen nil certi constituere valemus . Eo saltem fine hoc dicimus ; ut appareat , quo tandem omnium legum positivarum & divinarum exirus tendat , nempe ut ætate mundi matura & hominibus disciplina probe subactis , deponatur tandem omnis forma coactionis & prodeat vera lex perfec tissima

1) Nullam enim facultatum suatum minus in potestate habet Animæ , quam Conscientiam , b. D. Dr. BENGEL , in Guom ad Rom. 1L 15.

\* \* \*

*Etissima libertatis, regia illa lex amoris, quæ est lex sancte tandem naturalis, cordibus omnium inscripta.*

### S. 12.

Hoc vult Deus; præparat homines per innumeratas disciplinas legum, ut veræ deponique legis libertatis corda eorum capacia reddantur.

### S. 13.

*Ætas mundi sub Mosaicis dispositionibus tam duras leges requivit; probe igitur animadverti oportet, Deum primo non nisi decem præcepta dedit, & NB. non addidisse plus Deut. V. 22. postmodum vero tabulis lapideis insculpsisse, quibus testatum dedit, se servili legum multiplicium de holocaustis observatione non delectari, ut expresse Jer. VII. 22. 23. alio id reclamavit populo.*

### S. 14.

Si populus sensum legis percepisset, quod Deus per illum sensum Decalogi vicariam Christi obedientiam eis obtulerit, & ad stipulationem propriam, legem servandi sine Christi merito. (Si meritum Christi in toto suo ambitu, qualiter non solum forensem, sed etiam medicinalem respectu habet, sumatur,) non desideraverit, mansisset forsitan exempti à tot oneribus legum, quibus postmodum, virtute ab ipsis parato, accumulati sunt. Sed quum omnes uno ore responderent: quicquid Deus nobis præceperit, faciemus: hinc tam sibi, quam nobis omnem imposuere obligationem, servandi totam legem, quam postea JESUS in) Chirographum (Col. II, 14.) contra nos ipsos scriptum, in Cruce iustulit & abolevit, ut redemtionem satis deprehendere nequeamus.

B 3

### S. 15.

m) Confessi huc meretur S. Rev. D. D. HAUBER, in seinen erbaulichen und wichtigen Betrachtungen über die Handschrift, die wider und ware. Item Cel. JESUS JOH. GE. ESTOR von der erhaltenen Handschrift durch Eium. n. XLII. der neuen kleinen Schriften 1ster Band, 3tes Stück. p. 710. 711.



## §. 15.

Novum igitur onus ad decalogum additum est, et si Deus dixerat, se nil additurum esse: Per Jeremiam enim id interpretatus erat, se neque holocausta neque piacularia praecipisse, sed mandasse, ut voci sua obtemperarent; Jer. VII. 21. 22. 23. 24. nempe 1.) aderat Execratio obedientiae propriis viribus praestanda; 2.) Execratio ob injustitiam & defectum obedientiae perfecta; 3) Lex in primis plurimas molestas & ceremonias ad ostendendam Israëlitarum præ aliis populis impuritatem; 4) Pœnae gravissimæ violatoribus immisæ, in primis violatoribus legum Sacerdotii.

## §. 16.

Interea quamvis Judæi tot sibi postmodum leges impo-  
suerint, quot numerare potuerunt membra corporis, ut id  
facile ex Ricci Agriculture cœlesti possem demonstrare; ta-  
men leges ipsæ sunt Solonis & aliis quibusvis legibus longe  
sapientiores & salubriores.

## §. 17.

Ad ejusmodi leges populo Israëlitico datas pertinent se-  
quentes; v. g. Lex Talionis, oculus pro oculo, dens pro  
dente; lex de infantibus refractariis morte plectendis; lex de  
deprehensionis in furto ad restituendum duplum, quintuplum,  
septuplum obligatis; Lex de fure nocturno, qui si percussus  
fuerit, percussor morti non fuit obnoxius, quia fur pro la-  
trone habebatur; Lex de interficiendis Necromantibus, lex de  
non affligendis peregrinis; Ex. XXI. 23. 24. sq. XXII. 1. sq. 12.  
18-22. Ley. XXIV. 20. Deut. XIX. 21. Lex de puerperis;  
Lev. XII. 2. sq. Num. XVIII. 15. leges matrimoniales; Lev.  
XVII. XVIII. & XX. leges pœnarum, quibus blasphemii plectendi;  
Lev. XXIV. 10. sq. lex, quo modo quis argento se redimere  
possit a voto; Lev. XXVII. 2. sq. leges de decimis; Lev. XXVII.  
3. Num. XVIII. 24. Deut. XII. 6. XIV. 22. Regibus prescrip-  
ta; Deut. XVII. tot. lex de testibus legitimis Deut. XVII. 6.  
cap.

cap. XIX. 15. & alia multæ. Supra laudatus Riccius in lib. de agricultura cœlesti p. 257. numerat præcepta affirmativa 248, præcepta negativa 365 in Summa 613.

### §. 18.

In his similibusque legibus emicat tum rigoris, tum æquitatis summa & justissima ratio. Quid vero dicam de *Proverbiis* Salomonis, quæ sunt leges sapientiæ æternæ, providentiæ immutabilis regula, quotidiana gubernationis Dei interpretatio. Nemo hominum, tum ratione methodi, tum ratione habituum sapientiæ & justitiæ, nec non ratione subtilissimæ interpretationis & in conversatione volubilis & in cathedra fixæ aliquid sapientius poterit proferre, sive ex *Confucio* sive ex *Grecis*, sive ex *Platone* sive ex *Wolffio* aliisque. Proverbiis omnia alia longe postponenda sunt.

### §. 19.

Ipsum autem corpus Historiarum sacrarum in S. Codice tam limpide enarratarum sifit nobis thecam inexhaustam, unde regulas juris abstrahere possumus. Nonne enim *Grotius* in jure belli & pacis unice occupatus est in factis ad amissim regularum juris expendendis? Id ipsum autem in nosstris quoque legum pandectis multoties reperimus.

### §. 20.

Exploratum est igitur, quibus ex sacro Codice veritatibus studiosum juris maxime locupletari oporteat, ut scientiam juris amplificare & Corpus Juris Justinianum cum majori perspicacia legere & ruminari possit. Beate cum iis agitur, quibus cursorie Titulorum & Pericoparum S. Scripturarum copia fit, ut Titulorum institutionum & pericoparum in digestis. Hoc pacto multò quoque amiori osculo jurium disciplina se se amplectetur cum Theologia.

### §. 21.

## §. 21.

Interim juris Studiosus, dum experitur, scientiam juris nulla re magis augeri ornarique, quam Theologiâ legum sanctorum dispositiones & fines, atque Auctoris legum intimos animi nexus & veritatum Typos perscrutatur. Multo plures inde fructus reportabit, quam investiganda legum humanarum civilium ratione & nexu. Quamvis autem in his multum frustra laboraverit: nec hic tamen labor sua utilitate prorsus erit destitutus. n)

## §. 22.

Veritatum summa est, quod multiplum in veritate non nisi unum sit. Ideo sub paucas generales notiones revocare omnia, & specialia semper evehere ad universalitatem summam Theologus & que ac Jureconsultus nititur. Inde videt, tantum legum apparatum olim Patriarcharum tempore fuisse simplicissimas veritates, atque tandem ex multiplici mundano habitu adscito iterum in simplicitatem & universalitatem summam suo demum tempore revocatum iri. Philo de Abr. p. 350. homines sub tempore primo dicit *αυτηνος και πρεσβεις* fuisse, qui a se ipsis erudiebantur, & sic haud multis legibus opus habebant, uni legi, se ipsis purgandi simplificandique, adhaerentes. Ipsorum confessio fidei brevis fuit, cogitationes de Deo experimentales & *αιδησεως* plenæ; & sic *ευθεια* eorum summum attingebat robur, & ad *ακμην* Philosophiae optimæ penetravit.

## §. 23.

Ecce secundum hoc Exemplar videtur Propheta summus IESUS CHRISTUS, dum se legum vinculis subjecit, nos legum Distor-

n) Dicitur enim in L. 20, fl. de Legibus: non omnium, quæ à Majoribus constituta sunt, ratio reddi potest. Loquitur ibi JC<sup>MS</sup> de Legibus civilibus, in quarum rationem inquirere non quidem actu prohibetur: Sed difficultatem laborem esse saltim innuitur cf. Dn. Aff. HOPFERI Diff. ad h. l. sub Præfid. b. D. D. HELFFERI, CHII habita,

Distortionibus expedire, omnem legum multarum collisio-  
nem abolere, & id ipsum præstare, quod Prophetis to-  
tis inspiravit, ut scil. populus respiciat ad vias primævæ  
institutionis, & sic requiem animorum inveniat; Jer. VI. 16.

### §. 24.

Ipse Jesus simplicitate & Mysteriis plena dedit non nisi  
præcepta duo externa, Baptismum & S. Coenam. Hinc  
Eusebius prolixe demonstravit, primorum ante Moysen Patriar-  
charum summas cogitationes fuisse plane easdem cum Chri-  
stianis, qui postmodum Dei populus facti sunt.

### §. 25.

Hæc jam sufficient pro digito indice, quomodo Studio-  
sus Juris, optima & simplicissima via, Theologicas verita-  
tes colligere possit, ut in Jure ipsi utilitatem præsent. Hac  
via deinceps diversa Dei Instituta non eo modo secum  
invicem committuntur, ut alteri ex altero interitus paretur.  
Sed ita potius una scientia alteram illustrat, extollit, & sin-  
gulæ eriguntur.

### §. 26.

Restat jam, ut, quantum usum id præstet in ipso jure  
civili, rimemur. Dices forte benebole Lector! non opus  
esse, pro statu politico nostri temporis, ut nunc est, ut ju-  
re consultus præter eas, quæ ipsi ad salutem necessariæ sunt,  
veritates fundamentales, seu catecheticas, ulteriore cognitio-  
nem Theologicam calleat, maxime cum dulcissimus Salva-  
tor JESUS Christus leges civiles sanxerit nullas, Joh. XVIII. 36.  
Luc. XII. 14. sed potius, quæ ad Rerum publicarum vitæque  
civilis tranquillitatem & ordinem pertinent, Magistratibus  
suis legibus definienda & judicanda reliquerit, suosque parere  
illis iussit; Matth. XXII. 21. Rom. XIII. 1. sq. Tit. III. 1.  
1. Petr. II. 13 - 17.

C

Re-

Respondeo : Nonne JCto quoque innumeri occurunt casus, qui non ex cogitatione catechetica qualicunque, multo minus ex jure, sive civili, sive canonico, sive publico, sive feudali possunt decidi, sed scientiam ubiorem voluntatis ex S. Scriptura divinæ requirunt?

### S. 27.

Respondebo autem hic paulo specialius. 1. Considera quæso Casus matrimoniales, Lev. XVIII. & XX. de Gradibus prohibitis o). Junge his causas divortii; cum hic valde dubitandum, an Adulterium & malitiosa Desertio, juxta Matth. V. & I. Cor. VII. saltem locum illi dent, & annon vox illa πρέγεια magis adhuc, quam adulterium, prout vulgo definitur, significet; quæ quidem posterior sententia per praxin quoque jam abunde fuit approbata.

2. Respice causam juramentorum, cum Jure-Consultus in eo non subsistere debeat, ut ex cap. cum contingat 28. x. de Jurejurando, & cap. i. § 2. de partis in 6. noverit, omne juramentum, quod salva vita æterna servari possit, servandum esse; sed ut ex Scriptura S. quoque perspectum habeat, quod, quia circa Dei nomen hic versatur, ipsi tale exigendi potestas sit; quod non nimis dominetur in conscientias &c. illud postulando.

3. Juvabit eum maxime etiam in dijudicandis suffragiis collegiis, in quo forte membrum est, annon sint legi vel divinæ vel humanæ contraria. Sic Jonathan à patre suo Saulo in Davidis innocentis causa dissentire se testatur, patrique auctor est & suasor, ne in Davidem peccet, cuius facta bona ipsi valde fuerint; I. Sam. XIX. 4. Ita Josephus Arimathiensis in defendendo Christo innocente officium facit; qua in re cum laterem lavare se videt, Senatu non suffra-

o) Cum neque spatiis neque Scopus Diff. permittat, ut in specialiora heic excurrant, abego Lectorem ad ELEUTHERII TAXIMENIS seu J. K. (KOCHI) Vermis:st und schriftmäßige Gedanken von nahen Heirathen; über Lev. XVIII. Honob. 1734. 4to. qui attentione digna circa hauc materiam subministrat.

suffragatur, protestatione adversus iniquam damnationis Christi sententiam edita; Luc. XXIII. 51. Simili modo Nicodemus assurgit, & rem innocentis Jesu defendit, simulque efficit, ne contra leges, quæ auditâ unâ alteram quoque partem audiri, præcipiunt, peccetur. Joh. VII. 51. sq.

4.) Utile est ad alendam & conservandam in negotiis publicis tam necessariam Mosis & Aaronis concordiam, ad declinandas falsas suspicione<sup>s</sup> von Eingriffen scilicet si tam Jure-consulti quam Theologi, alter in alterius foro, non sunt hospites. Ex eo, quod Theologi in jure & Jureconsulti in Theologia non sunt versati, oriuntur tot inter statum politicum & ecclesiasticum syraxes & collisiones, & si non collisiones, clandestinez tamen simultates & quasi hereditaria inter utrumque statum antipathia.

5.) Inprimis autem utile est, ad capiendam genuinam *Ecclesiastis* & æquitatis Ideam, quæ, uti in omni legè est observanda, ita in Corpore Juris præcipitur, & à Doctoribus commendatur quidem, sed in Sacra scriptura & veritatum altioris erdinis in ea contentarum scrutinio discitur, & tanquam indigena accedente praxi Christianismi familiaris menti redditur.

6.) Non tantum utile, sed etiam indispensabiliter necessarium est varii generis officialibus Jure-Consultis & Politicis, in quos solos onus in causis, quas vocant, mixtis, judicandi, post habitu Theologorum voto, devolvitur. Hinc ne quid veritas cœlestis, nequid Ecclesia capiat detrimenti, quomodo cavebit Jure-Consultus *αθεολογος*? Quot deploranda; etiam contra divinam legem, præsertim in causis matrimonialibus, ubique prostant delicta, obstetricante præfectorum *αθεολογia*.

7.) Multum prodest ad cultus divini interni & externi γνησιοτητα contra insultus hostium cum effectu & protegandam & conservandam. Ex historia reformationis patet, Iure-Consultos Saxonicos electorales tempore Lutheri, Theologizæ non superficialiæ cognitione imbuto<sup>s</sup>, multum promovisse



Cursum Evangelii. conf. supra alleg. F R I E S de J C tis, quibus inter primos religionis divinique cultus Reformatio curæ cordique fuit. Lips. 1730.

8.) Tria sunt mundi idola præcipua, & religionem & Rempublicam tinearum more corruptentia. a) Ratio Status (vel conservandi vel augendi) b) Ratio Artis (ostenditæ); c) Ratio Lucri (captandi). Circa primum & tertium Jure-Consulti opera inprimis versatur; sed quomodo his idolis resisteret, nisi solida Theologie & Sacra Scriptura, quæ pessimos hujus Idololatriæ effectus sola ob oculos ponit, imbutus? Cum itaque hodie ex magna parte cognitio causalium ecclesiasticarum à Jure-Consulto seu Magistratu politico inter nos Ev. pendeat, Potestate Pontificis Romani & Epp. per Instr. Pacis Westph. O. Art. V. §. Jus dioecesanum 48. quoad Evangelico - Lutheranos & Reformatos suspenſa vel respective sublata, non poterit non officio longe curatius fungi, si Providentiam DÆI circa Ecclesiam, diversas, Dei Oeconomias, vias ejus publicas è Scriptura S. addiscat, ut in omni opere, quod ei obvenit, non ex humano modo arbitrio, sed ex Parrhesia quadam divina possit procedere.

Multum autem in omnibus juvabit Jure-Consultum ~~etymologicis & aiōnīcīs~~, quam utramque Phil. I, 9. conjunctam legimus.

Idem fere mecum sentit WILHELMUS ZEPPERUS, Theologus Herbornensis in Explanacione Legum Mosaicarum: Præf. p. 11. seq. quando inquit: "incident non raro casus, & quidem præter cetera in Delictis atrocioribus atque capitalibus, ubi Ecclesiarum Ministri, ad Magistratus conscientiam, in communione sanctorum externa administranda, pro officii sui ratione, instruendam & muniendam, ad conscientias iterum aliorum infirmas tranquillandas, ad verbum & Legem Dei in concionibus suis, & privatim etiam, si Res ita ferant, digitum intendant, & huc Magistratus & Judices pios aliosque revocent: his interim existimantibus, Mosaica illa simpliciter & in universum nunc abrogata, antiquata

"quata & obsoleta esse, frustraque adeo hæc inculcari. At  
 "fieri leviori aliquo motu ex velitationibus talibus facile pos-  
 "set, ut hac quidem Ecclesiarum Ministri in hanc sententiam  
 "delaberentur, quasi viri politici, minus honorifice de scri-  
 "pturis & divinis legibus sentientes, magis in Bartholom &  
 "Baldum quam Dei Leges jurarint, & nisi Dei sanctionibus &  
 "legibus suppressis eminere atque emergere se, aut in gradu  
 "suo atque fastigio permanere non posse existiment. Politi-  
 "cis vicissim viris in mentem venire posset subvereri, ut Theo-  
 "logi & Ecclesiarum Ministri ipsorum dignitati atque ampli-  
 "tudini minus faveant, & ~~αλογιστικοτερες~~ in ipsorum ir-  
 "rumpere vocationem, & alio quidem pede in suggestu sa-  
 "cro, altero in curia consistere velint. Inique forsitan utri-  
 "que, Deus enim, quando Mosen Reipublicæ & Aaronem  
 "sacrorum in populo suo Antistites fratres germanos esse vo-  
 "luit, illustri documento testatum fecit, ordinem politicum  
 "& ecclesiasticum in regni sui administratione conjunctissi-  
 "mum, & instar fratrum, animis, voluntatibus & studiis  
 "unitissimos utrosque esse, mutuasque sibi, pro vocationis  
 "cujusque ratione, operas tradere debere. . . . . Quem-  
 "admodum ergo Magistratus, quæ ministerii ecclesiastici pe-  
 "cularia sunt, sibi non usurpat, quando Ecclesiarum curam  
 "suscepit, utque in recte instituendo populo, catechisandis  
 "pueris, erudienda Juventute scholastica, administratione  
 "Sacramentorum, & disciplinæ ecclesiasticæ aliisque id genus  
 "recte, secundum verbi divini regulam, omnia se habeant,  
 "providet: ita vicissum Ministerium in Magistratus vocatio-  
 "nem propriam non irruptit, si quæ Juris divini sunt, ex  
 "Sacris Literis ipsi, & conscientiis laborantibus, aut minus  
 "certis exponat & depromat, vitia aut nœvos politiarum,  
 "gubernationum & judiciorum monstrat, eaque secundum  
 "verbi divini regulam corrigi & restituì petat; si item con-  
 "clusionibus divinis, quæ Juris divini ex S. Scriptura sunt,  
 "contentum, suas, quæ Juris humani sunt, conclusiones,  
 "determinationes, modificationes, restrictiones, amplia-  
 "tiones,



"tiones, intactas relinquat Magistratui. Communne enim ob-  
jectum, circa quod uterque ordo, suo tamen modo, versa-  
tur, facit, ut multarum quoque actionum aliqua sit inter  
"ipso communicatio, non autem confusio." Hæc ZEPPERUS.

Recte igitur omnibus hisce pensitatis, inveniet Jure-  
Consultus, divinum verbum, atque legem v. g. de cedientia erga Principem, Magistratum, humanis Legibus pul-  
cherrimam & summis motivis conjunctam demum addere  
formam & auctoritatem. Notiones itaque de Jure atque  
Justitia admodum tenues & jejunas habere merito dicitur ille  
Magistratus, qui Justitiam aliquam externam omnia ea esse  
censet, quæ administranda tam à Deo quam a Principe ipsi  
sunt demandata.

### S. 28.

Innumeræ Leges Imperantes tum ad Ecclesiæ sanctitatem tum ad Reipublicæ salutem tulerunt, ut inde jus suum  
civile majestate quadam divina condecorarent. Certe pñ  
Imperatores juris civilis Originem divinam esse voluerent, dum  
ubique ex principiis religionis, fidei & vera justitiae leges  
suas tulisse tradunt. In L. 2. Cod. de Officio præfetti pret. per  
belle dicitur a Justiniano? In Nomine Domini uostri IESU  
Christi ad omnia Consilia, omnesque Actus semper progredimur;  
per ipsum enim Jura Imperii suscepimus: per ipsum pacem cum  
Persis in eternum confirmavimus; per ipsum acerbissimos hostes  
& fortissimos Tyrannos dejecimus: per ipsum multis difficultates  
superavimus: per ipsum Africam defendere, & sub nostrum Imperium  
redigere, nobis concessum est: per ipsum quoque, ut nostro  
moderamine recte gubernetur, & firme custodiatur, confidi-  
mus &c. Legantur Tituli Codicis de Summa Trinitate, L.I. t. 1.  
de SS. Ecclesiis, L.I, t.2. de Episc. & Clericis, L.I, t. 3. de Epi-  
scopali Audientia, L.I, t. 4. de hæreticis Manich. L.I, t.5. rel. 1. 3.  
In L. 3. Cod. de Sum. Trin. dicunt Imperatores Theodos. & Va-  
lentin. decere arbitramur nostrum Imperium, subditos nostros de  
Religione commonefacere. Ita enim & pleniorum acquireti DEI.  
ac

\* \* \*

ac Salvatoris nostri JESU CHRISTI benignitatem possibile esse existimamus, si quando & nos pro viribus ipsi placere studuerimus, & nostros subditos ad eam rem instituerimus. Porro in L. 2. Cod. de veteri Jure enucl. pr. Nos itaque more solito ad Immortalitatis respeximus praesidium, & summo numine invocato, Deum auctorem & totius operis presulem fieri optavimus &c. ibid. §. 1. Omnia igitur confecta sunt, Domino & Deo nostro JESU Christo possibilitatem tam nobis quam nostris in hoc satellitibus praestante. L. 3. ibid. princ. & id quod erat dubium perscrutantes, omnibus quoque secundum datam nobis a Domino Deo & Salvatore JESU Christo scientiam & intellectus vigorem imponentes competentem formam. Conf. omnino FRANC. BALDUINI Constantinus M. sive de legibus Constantini ecclesiasticis & civilibus Commentariorum Libri II. Basileæ 1556. 8. cura JOACHIMI CLUTENII Arg. 1612. 8. cum Praef. NIC. HIERON. GUNDLINGII. Hælæ 1727. 8. & in Jurisprudentia Romanæ atque Atticæ Tom. I. Justinianum vero catholicum, JO. ARN. CORVINUS. Mog. 1662. 12. & CONR. SAM. SCHURZFLEISCH. Vit. 1682. 4. orthodoxum scriptis. Prolixe etiam nuper admodum omnes leges & constitutiones Imperatorum Sacras atque Ecclesiasticas recensuit Dn. EUSEBIUS BEGERUS, in utilissimo conspectu Corporis Juris Romani, ad ordinem institutionum dispositi (Tub. 1762. 8. editi) P. I. de Jur. R. publ. n. 4. p. 30-7. Imo non tantum in Codice, sed & in ipsis jam Pandectis atque Institutionibus ejusmodi reperiuntur vestigia. Multi hinc inde jam collationem instituerunt in Leges Mosaicas & Romanas. Eminet inter hos P. PITHOEUS JCtus, cuius Collationem exhibit Tractatum Critorum Volumen prius S. Critorum Sacrorum Tom. VII. p. 150. Simile praestitit supra jam laudatus ZEPPEL in Explanacione Legum Mosaicarum, qui p. 123. ita inquit: Collationem hanc non eo instituimus nomine & fine, ut Jus divinum per humanas leges & constitutiones justificetur aut corroboretur; sed ut ostendatur potius, Jus civile, & Romanum & aliorum populorum primigeniam suam originem



nem & fontem , tanquam rivulos ultimos & remotissimos  
resipere, legesque humanas, quæ boni aliquid, sani & præ-  
clarí habent, Legi divinæ Mosaicæ , tanquam heræ & domi-  
næ , famulari & ancillari , instar pedissequarum. CALVI-  
NUS , Prof. Heydelb. in Themide sua Hebræo-Romana his  
verbis scribit : Romanas cum S. S. Hebræorum Legibus,  
suavi admodum consensu in plurimis subinde conspirare , ob-  
servatu facillimum est. Nec mirum, primigeniam quippe  
origiaem ac fontem ultimi ac remotissimi rivuli quadantenus  
resipiunt. XII. Romanorum Tabulæ Græcos illos, Draconem,  
Solonem ac Platonem ; hi vero Ægyptios : Ægyptii Mer-  
curium Trismegistum ; sed hic denique Mosen, Legislato-  
rem omnium, vel Diodoro etiam siculo teste, primum, ere-  
cto velut digito demonstrant.

### §. 29.

Imperatorum in Ecclesia tanta fuit accuratio, ut ex nimia  
postmodum Constitutionum sacrarum copia videatur Satanæ  
copiam zizania inter bonos fruges seminandi quæsivisse.  
Consideretur enim , in quam multas religiosas & humano  
saltim ingenio excogitatas formas successu temporis omnia  
abierint. Rectissime Baco de Verulamio in Serm. fidel. Lugd.  
Batav. 1641. ait : dicit Propheta : (Psal. XI. 6. Ez. XXXVIII.  
22.) pluēt super eos laqueos. Non sunt autem peiores  
laquei , quam legum , præsertim pœnalium , si numero im-  
mensæ & temporis decursu inutiles , non lucernam pedibus  
præbeant, sed retia potius objiciant.

### §. 30.

Interea tamen ex hactenus adductis satis appareat, quan-  
topere ex ipso Codice invitemur , ut Theologiam cum Jure  
Civili combinemus. Satis igitur id, quod proposuimus,  
Thema demonstratum nunc esse, censeo.

### §. 31.

## §. 31.

Cum autem veritatis, quam Scriptura S. exhibit, salubritas & pretium inestimabile unicuique Defectu cordis (Gall. Interieur) & animi levitate haud laboranti se sponte commendet; Objecta autem Juris nostri pleraque a Paulo i. Cor. VI. 3. vocentur *ελεγχεια*, (de qua voce evolvi meretur B. D. WEISSMANNI Diff. compromissa Christianorum foro gentili præferenda, Tub. 1732.) eodem-procul dubio sensu, quo id Dominus ipse Lyc. XVI. 9 - 12. de bonis terrestribus prænuntiavit, & rei utilitatem & gravitatem ponderans proprio impulsu eo fertur, ut continuum earum scrutinium secum instituat.

## §. 32.

Utilitatem vero haud exiguum hauriet contra etiam Theologus, si Juris, cum Canonici o) tum in primis etiam Romanii Civitatis, scientiam aliquam sibi comparat. Exseret illa se non tantum in eo, ut contra Leges non tam facile peccet, sed maxime, ut terminos juridicos, & loca, quæ Juris scientiam in S. Scriptura sapiunt, melius intelligat. Non vult garem Jurisprudentiaz Romanæ cognitionem Apostolum Paulum calluisse, omnes ejus epistolæ & sermones commentantur. Testatur de hoc asserto locus Act. XXII. 28. ubi provocat ad Jus Civitatis Romanæ p); Rom. VIII. 15. ubi loquitur de Jure adoptionis filiorum Dei; & 17. de Jure Sui-

D

tatis

o) FLOERCKEN Gedanken von der Nothwendigkeit des Kirchen-Rechts vor einem Stud. Theologiz. Jena 1723. 4.

p) CH. CELLARIUS de S. Pauli Apostoli Rom. Civitate Halæ 1706  
JOH. CASP. SANCTAROC Differt, ad act. Apost. cap. XXV.,  
10. 12. de Apostoli Pauli ad Cæsareia appellat. Marpurg. 1621.  
AD. FRANC. SCHWARZKOPFF Epist. grat. ad Jo. Henr. Falckenhagium, ubi nonnulla differuntur de Pauli Apostoli cruditione  
pie directa ad Evangelii emolumentum, ejusdemque apologia inter afflictiones, qui cum Juris beneficio usus legitur præcipue  
Act. 24.



tatis Liberorum von dem Erbschafts-Recht der Kinder: Gal. IV. n. 2. de Jure tutorum & curatorum; Gal. III, 15. & Hebr. X. 16. de Jure Testamentorum. Cum vero instituti, nostri ratio haud permittat, hanc quoque rem prolixius persequi, eam saltim attigisse sufficiat, maxime cum alii id iam abunde præstiterint; intet quos conferri meretur: b. Johann Ernst Hördens Abhandlung von der Nothwendigkeit und Nutzen der Römischen Rechts-Gefahrtheit in der exegesischen Theologie. Hafæ 1757. 4. JOH SAMUEL STRYCK, aliique multi, de Jurisprudentia Pauli Apostoli. Vult etiam Jus Canonicum, ut Clerici in secularibus literis non sint rudes, (& rationem addit) quia multum ad intelligentias S. Literas faciunt. c. 14. Dist. 37.

### S. 33.

Non destituimus quoque Exemplis Theologorum, qui Juris nostri scientie operam dederunt. Ipse b. LUTHERUS, non hospes in illo fuit; Hinc in Tom. I, Jenensi ad Psalm. Cl. foli. 156. sententiam suam de Jure Romano ingenue exposuit; quando inquit: 'Das Kaiserl Reich, nach welchem das Röm. Reich noch heutigen Tages regiert wird, ist nichts anders, denn heidnische Weisheit, welches die Römer, ehe denn Roma von Christen oder von Gott selbst nichts gehörte hat, gesetzt und geordnet haben. Und ich achte wohl, wann jetzt alle Juristen in einen Kuchen gebacken, und alle Weisen in einen Erapel gebraten würden, sie solten nicht allein die Sochen und Händel ungesässet lassen, sondern auch nicht so wohl davon reden noch deneken können; denn solche Leute haben sich in großen Händeln müssen üben, und gar mancherley Menschen Sinn lernen kennen, sind darzu mit hoher Kunst und Verstand begabt gewest. Summa: sie haben gelebt, und werden nicht mehr leben, die solche Weisheit in weltlichen Regimentern gehabt haben. Sæpe laudatus ZEPPER in libro, quem cum aliis ex Bibliotheca illustr. Domini Præsidis accepi, non vulgarem Juris cognitionem sapit. Dicit ille ibi

ibi p. 104. "Leges vero Gentium (intelligit maxime civiles) legis naturalis fundamenta superstructas, ipsius etiam Dei esse, & sub providentia Dei generales actiones referendas, salvaque adeo conscientia Christianos illis uti & vivere posse affirmamus. Magnus etiam in hoc genere maxime quoad Jus Canonicum & eccles. Prot. fuit. b. D. D. PFAFF. conf. dessen acad. Neden über das sowohl allgemeine als auch deutsche Prot. Kirchen Recht Geset. 1747. item ejus Orat. de Eruditione jurid. 1720. recitata, in Oration. academicarum hexade n. 4. Tub. 4. Inter hos merito quoque referto Ven. D. superint. F. C. OETINGER; qui præter singularem in aliis scientiarum generibus eruditionem in Jure etiam nostro optime est versatus. Edidit ille jam varia specimen, quæ hoc probant, atque ostendit & ipsum nexus Theologiam inter et Jurisprudentiam, ac utilitatem, si invicem illæ combinentur. Eximium est judicium, quod de eo dedit b. D. BENGEL in Abriß sc. p. 326. Pictures allegare nec finis nec spatum Dissertationis permittit.

### §. 34.

De publico jure tum universali, tum particulari, v. gr. Germanico ipso, multa hic dicendi otium mihi fecerunt, qui Scripturam Sacram inter fontes & administracula illius regulerunt & strenuos *Juris Divini positivi publici vindices* egerunt, PHIL. REINH. VITRIARIUS in Disp. de adminiculis juris publ. Sect. 2. cap. 1. JOH. PETR. DE LUDEWIG in singularibus Juris publici, Præf. cap. 2. §. 2. Class. I. pag. 18. ubi tamen abusum, olim saltem commissum, nimis acerbe perstrinxit; JO. JAC. MOSERUS in opere majori Juris publici L. I. cap. 26. §. 1. & cap. 27. P. 2. p. 167. & 186.-seq. nec non in primis quoque Illustr. DN. PRÆSES, tum in doctrinis, tum in scriptis suis, velut in Thesibus juris publici & Feudalibus de Anno 1753. th. 1. p. 1. & in Disp. de jure publico præsertim Imp. Rom. Germ. generatim à Filio Ejus Dn. M. JO. DAN. HOFFMANNO 1. Oct. 1762. defensa, §. 5. & 29. pag. 2. & 5.

D 2

§. 35.



## §. 35.

Sed hic Finem facio. Quumque modus sentiendi  
Dñorum Præceptorum, quos ad seros usque annos maxime ve-  
nerabor, ob soliditatem cum æquitate, in primis quoad veri-  
tates scripture S. conjunctam se admodum apud me insinua-  
verit, pone sequar eorum usus & vestigia, ut Provinciale Jus  
Wurtembergicum q) cum Romano conferendo via mihi ma-  
gis magisque fiat expedita. Et sic ex mea quoque tenuitate eo  
semper allaborabo, ut conservetur & obtineatur finis ille ju-  
ris: ducere vitam quietam & pacificam in omni tum pietate,  
tum honestate.

q) Cujus scilicet ipsius insignem quoque fontem esse æquitatem &  
divinas leges, toto primo capite tractatus sui de fontibus ejus  
pluribus comprobavit Præceptor Venerandus Du. D. CHRISTOPH.  
FRID. HARPPRECHTUS Tub. 1723. 4.

**F I N I S.**



**NOBE.**

\* \* \*

**NOBILISSIMO atque DOCTISSIMO  
DOMINO  
AUCTORI RESPONDENTI**

S. P. D.

*P R A E S E S.*

**Q**UOD circa præsens hoc Tuum institutum *Nobilissime DOMINE WALTHER!* laude dignissimum est, id ego quidem non in eo saltem quæsiverim, quod de conjungendo cum jurisprudentiæ Studio S. Theologiæ Studio, tuo & quem Tibi parasti, sensu atque affectu, differas, sed potius in proprio Tuò exemplo, quo cum indefesso utriusque civilis & publici juris studio, Theologica quoque studia, quid quod ipsam Theologiam: vel, si mavis, non fucacam pietatem in Academia conjunxisti. Fieri hinc aliter non potuit, quam quod Deus juridicis quoque Studiis Tuis ita benedixerit, ut ea Ordini nostro, in examinibus, quæ cum laude sustinuisti, comprobata perplacuerint.

D 3

Nolum



Nolui ideo etiam vel thema hoc Tuum, ejusque proprio marte suscepitam elaborationem Tibi dissuadere, vel Scriptum Tuum meis interpolare accessionibus. Facile equidem hac occasione, nec adeo præter rem, in veterum eorumdemque ethnitorum adhuc, Iuris Consultorum Romanorum, laudes excurrere potuisse, quorum quippe *religionem & pietatem*, singulari oratione Ultrajecti Anno 1717. deprædicavit CORNELIUS van ECK, *sacerdotium* vero pluribus descripserunt WILLEMBERG, KLEIN, GEUDER & WILDOVAGEL, ut *philosophiam* illorum juridicam, maxime *Stoicam*, penitus taceam, L. I. pr. & §. I. ff. de Just. & Jure. Potuisse, uberioris illustrandi & confirmandi argumenti Tui causa, ea omnia proferre, in quibus juris prudentia nostra multis hodienum, tum jure, tum injuria, tam *paganismum*, quam nescio quem *papistum* redolere videtur, si quidem HENR. ERN. KESTNERI Diff. de jurisprud. paganizante, Rint. 1711. & PHIL. BARTH. GERDESHI Diff. de jurisprudentia non papi zante, hujusque vindicias, Gryphisvv. 1732. 1733. edd. aliorumque multorum scrinia, expilare voluisse. Potuisse, ubi Salomonem laudasti, *Lmokianam* de ejus judicio. Alt. 1734. edit. Disp. sub incudem revocare. Potuisse singularem ipsius quoque Regis *Davillis* Jurisprudentiam, in *Psalmis* latenter, aliis forsitan, post ejusdem KESTNERI Diff. Rint. 1706. officia Psal-

Psalmum XV. illustrantem, confirmare argumentis.  
 Hinc in eos duo insignes Jcti commentati sunt,  
**EUD.** scil. **FERRANDUS & CONR. HERESBACHIUS.**  
 Potuisse, hoc in primis tempore, eos collaudare  
 Juris consultos, qui in sacram passionis Dominicæ  
 historiam, **EMUNDI MERILLII, JO. JAC. WISSEN-**  
**BACHII, DAN. CLASENII, JOS. AVERRANII, &**  
**ANT. BALTH. WALTERI** exemplo insigniter com-  
 mentati sunt. Potuisse patres ecclesiæ, quorum non-  
 nulli eximii insimul Jurisconsulti fuerunt, velut **TER-**  
**TULLIANUM**, etiam a Jcto hujus nominis diver-  
 sum, ipsumque **AUGUSTINUM**, a B. **BOEHMERQ**  
 pec., Disp. Halæ 1741, hoc nomine celebratum, in  
 partes Tuas advocate. Quanta sint Jctorum Germano-  
 niorum Sæculi XVI. quorum mos, **CHRIST. AUG.**  
**HEUMANNO** in sing. Diff. Goett. 1738. edita, teste  
 longe gravissimo, singulatum fuit, disciplinæ suæ &  
 Theologie & pietatis studium adjungere, & noviorum  
 quoque, **BOEHMERI, ESTORIS & LEYSERI**,  
 in Augustanam Confessionem, scripta quoque merita,  
 quæ Jenæ 1738 peroravit **JO. CHR. MYLIUS.** Nec  
 desunt postea a Jctis hoc ipso nomine scriptæ, veluti  
 a **JOACH. a BEUST Vtremb.** 1618. 8. **GE. CHRIST.**  
**WALTHERO.** Nor. 1659 8. & **JAC. BRUNNEMAN-**  
**NO,** Halæ 1708. 4. ut nihil de inceptis illis veterum  
 processibus diaboli contra Christum, nihil de priscis  
**FICK-**



FICKLERI & SANDÆI Theologiis Juridicis , de WINDECKII JCto Theologo , de VOETHI Jurisprudentia Sacra, de VOGLERI corpore juris biblico, de DANNHAUERI & REINKINGII politia biblica , de CARMONIS orthodoxya & CARPZOVI allotrio episcopia JCtorum , de KESTNERI Clerico juris pertine, illustris ESTORIS cura circa hymnos ecclesiæ nostræ, & de sexcentis ejusmodi aliis theologico juridicis dicam. Potuissem JCtos in sanctorum plane numerum relatos , JCtos Pontifices, Cardinales, Archi Episcopos , Episcopos rel. desiderantes ad litteratissimam C. F. HOMMELI litteraturam juris p. 349. alegare. Potuissem illos evocare JCtos , qui singulatim de eo scripsierunt, quod circa S. Scripturam , Baptismum, S. Cœnam , diem Dominicam , Festa, ministerium, alias ecclesiastica omnia iustum sit , amplissime ab Exc. Dr. D. TAFINGERO nostro laudatos. Potuissem denique multos nominare JCtos , ex Theologis tales factos & viceversa multos quoque Theologos , citra apostasie crimen ex JCtis tales factos , uti JOH. GOTTL. OLEARIVS *Lutherum* ex juris studio theologum & *Zieglerum* ex theologo Jurisconsultum sing. Disp. Lips. 1709. representavit.

Sed nolui, ut dixi, Tuos turbare circulos , nec alio animo hancce epistolam scripsi , quam bene Tibi precandi , meumque singularem in Te affectum testandi causa. Vale! Scripsi Tubingæ XIV. Martii MDCCLXIII.

